

tionem pertinens, nec matrimonij radicem respiciens, vt in consequentiam legitimitur proles: sed ea verba ad meram in impedimento dispensationem referantur, vt eo sublato liceat in posterum coniugibus in priori matrimonio permanere, non eo modo, quo initum est, sed praestito nouo consensu. Non enim potest eorum verborum sensus esse, vt liceat illis eo pacto, quo initum est, & absque nouo consensu permanere in illo. Quippe id non subest potestati Pontificiae: nec id matrimonium absque nouo consensu potest conualescere. (vt probauit lib. 2. disputat. 3. num. 2.) Sed cum hoc matrimonium ratum haberi possit, vel expresse consensu, vel tacito, quod in eodem matrimonio perseveraret: non ratione iniitij ipsius, quod peruersum fuit, & irritum: sed ratione huius noui consensu expresso, vel tacite post dispensationem habito. Cuius signum est, quod in dispensatione Pontificia eis verbis vtenti, addita sunt haec verba, quae in originali ego vidi: *Sea si vobis videbitur, illud de nouo contrahere, & in facie Ecclesiae solemnizare valeatis.* Quali detur electio dicto priori modo secreto, aut publico, contrahentibus consentiendi iterum, ac perficiendi prius matrimonium. Et confirmatur, quia cum Pontifex vtatur verbo dispensationis, res est stricti iuris, nec trahenda ultra id quod termini exigunt, vt ea clausula quippiam operetur. (vt ex Ioanne Andrea, & alijs diximus num. 20.) At quod ea clausula aliquid operetur, non desideratur, vt inducat dispensationem in radice matrimonij, ac ab eius initio impedimentum auferatur. Sed satis est à die dispensationis auferre impedimentum, vt ab eo tempore renouatis praedicto modo consensibus, possint licite in eo matrimonio male antea iniato perseverare. Non ergo aliquid amplius ei clausulae tribuendum est. Atque ita hanc partem tenent Couarruias 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 8. nume. 13. Henriquez lib. 11. de matrimonio. cap. 20. num. 2. Ludouic. Lopez. 2. part. instructorij, vbi de matrim. cap. vltimo, columna 2. cōclusionē 3. Imò benè addunt Couarruias, & Ludouicus Lopez, si praedictis verbis addita sit clausula, vt proles legitima efficiatur, eam legitimacionem non fore plenam, sed eo so-

lo iure censendam, quo si extra matrimonium omnino à Pontifice fieret. Ratio est, quia verba praecedentia, nempe, vt positus in vestro matrimonio remanere, nullatenus ad legitimacionem aliquam conferunt. Haec autem verba addita non legitimant prolem, nisi quoad spiritualia. (vt nume. 21. probaui.) Atque credo idem esse dicendum, licet haec dispensatio accideret in oppidis iurisdictionis temporalis Pontificis. Quod probant ea, quae dixi eo num. 21. sine.

Ad argumenta num. 24. proposita respondetur. Ad primum & confirmationem constat ex dictis num. praecedenti. Non enim concedit Pontifex permanere in eo matrimonio, quasi illud approbans, sed habito nouo consensu tacito, vel expresse post dispensationem. Ad vltimum, & confirmationem dic, id esse verum, quando subiecta materia non aliud postulat. Haec enim potius quam verba, est spectanda, (vt in alia materia, in qua verba praesens vrgent, dicimus disputatione 27. num. 3.) At subiecta materia necessario postulat, ne concedat Pontifex permanere in eodem matrimonio, cum eisdem qualitatibus. Ne rem nefariam concedi dicamus. Nec remanere significat semper retro manere. Vt bene ait Rebuffus ibi allegatus.

Vltima clausula est. Quando Pontifex vtitur verbo, legitimamus matrimonium. In quo euentu duplex est sententia. Prima ait non censi dispensatum in matrimonij radice, nisi addat, legitimamus, vt ex tunc. Quia id verbum potest referri ad legitimacionem, vt ex tunc, & vt ex tunc. Nulla ergo ratio cogit, vt censetur legitimatio prout ex tunc, ac in matrimonij radice. Sic sentiunt Abbas. cap. per venerabilem. num. 22. qui filij sint legitimi, & ibi Alexander de Neuo. num. 29. sine, & num. 30. & quauis non explicit se loqui, quòd Pontifex legitimat matrimonium, & prolem: at clarè in hoc casu loquuntur. Nam relata opinione Ioannis Andreae dicentis ibi num. 30. censi in radice, quando legitimat Papa matrimonium, & prolem: & praemissa disputatione de veritate eius opinionis, tandem concludunt eam esse veram, quòd Papa legitimat, vt ex tunc. Et eandem sequitur Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 20. num. 2.

Secunda sententia (& verior) asserit, quando Pontifex legitimat matrimonium, & prolem, censi dispensatum in radice

matri-

matrimonij, & consequenter plenissimam esse quoad omnia legitimacionem. Quia hoc nil aliud sonat, quam id matrimonium ratum haberi, & ac approbare, quasi ab initio absque aliquo impedimento esset contractum. Idem enim est, legitimum efficere id matrimonium, & prolem, quam approbare à sui initio, eo modo quo subest Pontificiae potestati, qui est id approbare retrotrahe ad dispensationem ad sui initium, & radicem. Et id eo huius sententiae sunt loci. Andreas cap. per venerabilem. nu. 30. qui filij sine legit. & ibi Ancharr. num. 21. Cardin. num. 9. quaest. 1. (quauis hic solus nil dicat de prole) idem Ancharr. c. 61. 409. num. 7. Martinus Laudensis de legitimacione. art. 2. num. 85. Cellus consilij 1. num. 7. qui num. 20. addidit secus esse, vbi nulla proles mentione facta Pontifex simpliciter legitimat matrimonium, non addito, vt ex tunc. Cuius opinionem aperte sequitur Molina de primogen. lib. 3. cap. 2. num. 22. sine, vbi quauis hoc non dicat expresse, ait tamen omnino cōsultendum. Cellum in hoc loco, qui melius omnibus id declarat. Eandem tenent Couarruias 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 8. num. 13. Peregrinus de fidei committis art. 24. num. 77. Ludouicus Lopez 2. part. instructorij, vbi de matrim. cap. vltimo, columna 2. conclus. 3. Et clarè videntur Cotareus, & Ludouicus Lopez idem sentire, quando Pontifex in legitimacione non meminit proles, at in precibus sit illi mentio proles ex eo matrimonio habitae: dicunt enim dispensationem in matrimonij radice esse, quando Pontifex illud legitimum efficit, facta ei mentione proles. Sed ego credo id non sufficere, nisi expresse, quoque dicat se prolem legitimare, vel addat, vt ex tunc. Quia potius coniecari potest contraria voluntas, cum facta ei mentione proles, matrimonium le-

gitimarit, omissa prole. Imò credere tunc prolem, nec quoad spiritualia legitimari. Cum nullum sit verbum proles legitimacionem respiciens. Sed dices, nil videri cōferre, proles mentionem fieri, cum ea in consequentiam legitimati matrimonij legitimitur. Respondeo, cum ea verba, legitimamus matrimonium, non sint aperta: possunt enim intelligi de legitimacione, vt ex nunc, (vt prior opinio dicebat) oportere legitimacionis quoque proles mentionem fieri, vt vel sic iure optimo coniecitur voluisse Pontificem plenissimam in matrimonij radice legitimacionem facere.

Tandem ex his deducitur, quo pacto intelligendus sit Capra consilij. num. 7. vbi ait quauis Papa vtatur verbo legitimacionis, ita vt disposuerit, vt succedat proles, ac si de legitimo matrimonio orta esset, non esse eam legitimacionem propriam. Cum non sit reintegratiua, sed noui iuris collatiua, (vt eius terminis vtar.) Atque ita concludit per ea verba non disponi in radice matrimonij, sed denuò conferri legitimacionem. At credo vere tunc Pontificem dispensare in radice matrimonij, si praemittens matrimonij irritè contracta dispensacionem, addat se velle, vt proles succedat in hereditatem, ac si ex legitimo matrimonio orta esset. Cum enim neque aliter id disponere in oppidis sibi non subiectis temporaliter, vt num. 11. diximus, manifestè declarat suam mentem esse, dispensare in matrimonij radice. Ne eius dispositio valeat suo frustretur: Secus tamen esse, vbi nulla matrimonij irriti dispensatio praemittitur. Quia id non est in matrimonio dispensare, sed directè conferre proli ius legitimatitatis. Et in hoc casu vera est praedicta Caprae sententia. Atque id eo ad dispositio non valeret extra loca temporalis iurisdictionis Papa.

## DISPUTATIO OCTAVA.

An Pontifex valeat in impedimento voti solemnitis castitatis ordinis sacri, vel religionis, matrimonium dirimenti dispensare?

## SVMMARIVM.

Potest in voto ordinis sacri. num. 17  
An ad id defideretur causa publica? numero 2.

An expediat clericis concedere matrimonium, & posse dari causa iusta ad eam dispensationem generalem? num. 3.

An valeat matrimonium, si Papa absque causa iusta dispeset cum iniurato sacro, & hic pe-

ret vxorem ducens, ac debitum postea petens?  
min. 4.

An hic cum quo in eo voto dispensatum est, teneatur ad officium canonicum? num. 5.

An Pontifex dispensat in voto solemnī castitatis professi? Referetur quaedam sententia numero 6.

Proponitur sententia Auctoris. num. 7.

An desideret: ut causa publica ad hanc dispensationem? num. 8.

An possit dispensare, ut monachus ad tempus matrimonium ineat: ut donec habeat prolem? num. 9.

An si dispense absque causa iusta, valeat matrimonium ratione bonae fidei contrahendum, vel alia ratione, & peccent contrahentes, nec possint postea petere debitum? num. 10. & ibi, quia possit dispensare, ut petat.

An professus eam quo dispensatum est, teneatur recitare officium diuinum? num. 11.

Satis argumenta. Et explicatur cap. cum ad monasterium, de statu monachorum numero 12.

**S**I De voto castitatis in ordinibus sacris emissio loquamur, concors ferè vniuersorum sententia est, posse Pontificem in eo dispensare. Quia vel nullum votum in ordinum assumptione emittitur, sed solo statuto Ecclesiae annexum eis castitas. (vt tenent multi, quos retuli lib. praecedenti, disputat. 27. num. 9.) vel si afferamus esse votum, non est essentialiter eis annexum: nec iure naturae, aut diuino dirimit matrimonium, sed solo Ecclesiastico. (vt probauit ea disput. 27. num. 5. & disput. 28. num. 11.) Quauis aliqui, quos ea disput. 27. num. 4. retuli, dicentes votum castitatis essentialiter annexum ordinibus sacris: & quos retuli ea disput. 28. num. 9. & 10. dicentes per id votum dirimi iure diuino matrimonium, fortè dicerent non posse Papam in eo dispensare. Quod defendunt Maioris. 4. dist. 24. tota quaest. 2. Clitonus de continentia Sacerdotali. cap. 13. Celaia. 4. dist. 38. quaest. 3. Metina lib. 7. de sacror. hominum continentia. c. 7. licet. cap. 100. se explicet non posse Papam dispensare, vt Sacerdos simul vtatur matrimonio, & sacerdotio. Sed horum rationibus satisfecimus dicti. disp. 27. & 28.

An verò hac dispensatio exigat causam publicam utilitatis: non conueniunt Doctores. Caiet. in opusculis, tomo 1. tractat. 27. de dispensatione matrimonij in Occiden-

tali Ecclesia. q. vnica. versu. quoad tertium: & tomo 3. tractatu vltimo, in responsione ad art. 12. ait sufficere ad huius dispensationis honestatem, maius bonum speciale ipsiusmet clerici consideratis specialibus circumstantijs, quam seruatum castitatem. Eiusdem sententiae est à fortiori Ricardus, cum idem teneat in voto solemnī professionis. (vt nu. 8. dicemus. Sed iure optimo hoc reprobat Catharinus lib. 6. in Caietanum, in ea quaest. an Papa possit dispensare in voto ordinis sacri. Quod nequeat bonū priuatum tanti momenti occurrere, quanti opus est, vt tanto malo, scādaloq; publico valeat comparari, quantum ex matrimonio clerici sequeretur quodq; compenset tantum bonum, quantum est clericorum continentia. Potest etiam probari rationibus quas num. 8. proponemus ad idem probandum de dispensatione in voto monachorum.

Quare liberius quam par est loquutus fuit Abbas. c. cum olim. nu. 5. de cleric. cōiug. dicens salubre fore statutum arbitrio clericorum relinquens, velint nuptijs copulari, necne. Quod experientia doceat plerumq; non continere, ac votum in spirituale ipsorum detrimentum redundare. Quare ait par esse, vt Ecclesia se haberet erga illos instar periti medici vti medicinis cessantis, dum eas non prodesse experitur. Sed optimè eius libertatè redarguit Azor lib. 13. institutionum moralium. ca. 3. q. 5. Quod enim circa clericorum continentiam statuit Ecclesia habet certam, ac perpetuam decentiam rationè, ab ipsa Scriptura, ac sanctis Patribus deductam. Quare iniqua aliquorum clericorum consuetudo nō debet præbere ansam, vt tam antiquum, & valde decens statutum abrogetur. Vnde quonuis possit Ecclesia dispensare cum iam initiatis, ne teneantur ad continentiam dispensando in eo voto: vel cum iniurijs in posterum, statuyendo ne deinceps id votum ordinibus sacris annexetur: at id licetè efficere nequit, nisi grauisimæ causæ vrgerent. Quia est dispensatio circa generalissimum Ecclesiae statum, ex qua eius status nō modicum labefactaretur. Quamobrem (vt bene docet ibi Azor) quauis occurrere possit causa iusta dispensandi cum vno, vel altero clerico, at dispensandi in vniuersum nunquam occurrere potest. Quod nullum publicum bonum occurrere possit, quod in vniuersum clericorum cōtinentiæ præponderet.

Quod

Quod si absque legitima causa Pontifex dispensat, vt haecenus sacris initiati vxores ducant, peccaret vtrique grauisimè, at teneret matrimonium. Quod ex dispensatio fit in solo iure humano, ratione cuius solius id matrimonium dirimitur, iuxta veriores sententias à nobis probatam lib. praecedenti, disputat. 28. num. 11. Atque ita docent Caiet. opusculis, tomo 1. tractatu 27. de dispensatione matrimonij in Occidentali Ecclesia. quaest. vnica. versu. quoad tertium. Sotus 4. dist. 38. quaest. 1. art. 1. ad finem corporis. versu. quod si mihi. Ledesma. 2. par. 4. quaest. 55. art. 3. paulo post principium. Stunica de voto. quaest. 6. nu. 116. & 117. Ludouicus Lopez. 2. par. instructio. 15. vbi de matrimonio. cap. 49. col. 3. paulo ante. versu. queritur deinde. Petrus de Ledesma de matrimonio. quaest. 53. art. 3. dubio 1. in corollario, quod infert ex 3. cōclusionone. Subiungit Sotus, & Ludouicus Lopez posse clericum cum quo sic est dispensati, petere, ac debitum reddere. At Stunica numero 119. & Petrus de Ledesma dicunt huic non licere petere, sed tantum reddere. Et dicunt Caiet. & Petrus de Ledesma ibidè hunc peccare lethaliter contrahendo matrimonium. Ducuntur, quod quauis dispensatio absque causa iusta facta in illo iure humano, ratione cuius votum castitatis ordini sacro annexum, dirimit subsequens matrimonium, valeat: atque proinde matrimonium firmum sit. At dispensatio in eo voto iure diuino naturali impediendi subsequens matrimonium, & eo sacrilegè contra votum inito, petitionem debiti, irrita est, facta absq; causa. Atq; ideo delinquet lethaliter contra id votum iniens matrimonium, ac postea debitum petens. At tenebitur reddere, instar eius qui ligatus castitatis voto ducit absque dispensatione legitima vxorem. Sed in hac re diuersimodè iuxta varias sententias, ac varia dispensandi tempora loquendum est. Nam si Papa dispenset ante susceptum ordinem, siue cum vno initiando, siue in vniuersum cum omnibus, quauis iniquissimè ageret dispensans absque causa iusta, at clericus ducens vxorem possit petere debitum. Quia votum solo iure humano annexum ordinibus sacris cessaret in eo casu, in quo Pontifex dispensaret: ac proinde nulla ratione teneretur ad castitatem: quare possit petere, & reddere. Et in hoc casu vera est sententia Soti, & Ludouici Lopez proximè allegata. Nec dispensante Papa in vniuersum, pec-

caret hic contrahendo. Quod omnino aboluta sit lex matrimonij clericis interdicens. Si autem cum vno solo esset dispensatio: dicendum est, quod tradunt Doctores de petenti, vel vtenti dispensatione peculiari in iure humano concessa. De qua re agemus disputat. 16. Si autem absque causa dispenset Pontifex cum haecenus initiatis, siue in vniuersum, siue cum vno, si sustineamus sententiam probabilem, quam retulimus lib. praecedenti, disput. 27. num. 9. dicentem nullum votum annexi ordini sacro, sed ex mera Ecclesiae constitutione teneri clericos ad continentiam, tunc quoad peccatum in matrimonio ineundo, dicendum est idè, quod modo diximus, quando dispensatio cōtingeret ante susceptum ordinem. Quia vtroque casu est mera dispensatio in iure humano. Possitque hic petere, & reddere. Cùm sola constitutione Ecclesiae ad castitatem teneretur, quia validè per eam dispensationem sublata, nullatenus ad eam teneretur. At sequendo veriorè opinionem, quam ea disputat. 27. nu. 10. tenuimus verè annexi votum ordini sacro, valeret vtrique matrimonium: peccaret tamen lethaliter clericus ille ineundo matrimonium: & postea petendo: quauis reddere teneatur. Vt bene dixerunt Caietan. & Petrus de Ledesma proximè al legati.

Vrūm autem Sacerdos cum quo dispensatum est, vt matrimonio copuletur, teneatur ad officium diuinum? Dicam numero 11. vbi idem de professo disputabitur.

Haecenus de voto ordinibus sacris annexo loquuti sumus. Iam de solemnī monachorum castitatis voto differendum est. Circa quod duplex est sententia. Prior negat posse Pontificem in eo dispensare. Ducitur ex cap. monasterium, ad finem, de statu monachorum. ibi: *Custodia castitatis addo est annexa regule monastica, vt contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Secunda, quia consecratio rei semper durat, quamdiu res ipsa manet, nec potest tolli. Sicut Papa efficere nequit, vt ea lix semel consecrata, manens idem amittat consecrationem. At religiosus fit talis per spirituale quam benedictionem, in qua voti solemnitas consistit. Ergo non potest efficere, vt religiosus definit esse talis. Rursus cum Pontifex rei essentiam mutare nequeat: atque statui religioso essentialè sit seruare continentiam (vt latè

probaui lib. precedenti, disputat. 25. numero 8. & 9. conueniens est, vt nec possit in voto ipsius dispensare. Et confirmatur, quia nequit immutare cuiuspiam statum, qui est erga Deum. Vt ex Sacerdote non Sacerdote, ex Episcopo non Episcopo, ex baptizato non baptizatum efficere non valet. Cum ergo status religiosi sit quidam status, quo Deo consecratur, nequit à Papa immutari, dispensando in eius votis. Tertio, quia semel Deo consecratur non potest ab homine profanis vibus mancipari. Et ita Levitici ultimo dicitur: *Animal, quod quis Deo deuouit, sanctum erit, nec mutari poterit.* Quarto, quod nulla causa iusta dispensandi in hoc voto occurrere possit. Causa enim dispensandi in voto debet excedere bonitatem materiam Deo promissam. At vt habetur Ecclesiastici 26. *Omnis ponderatio non est digna anima continentis.* Quinto, quia iuxta veterem sententiam à nobis probatam lib. precedenti, disputat. 25. nom. 14.) essentia huius voti consistit in traditione facta Deo. At iuri natura aduersatur rem homini traditam adferri. Nedom Deo. Sexto, quia iure diuino naturali dirimit matrimonium. (vt probaui lib. precedenti, disputatione 26. nume. 4.) At Pontifex nequit in eo iure tanquam superioris dispensare. Eo vel maxime, quod in nullo alio ex impedimentis iure diuino naturali dirimentibus, possit Pontifex dispensare. (vt diximus hoc lib. 8. disputatione 6. numero 10.) Septimo, quia sequeretur contingere posse, vt quispiam duplici vxori viuenti licite coniunctus esset. Vt si post matrimonium nondum consummatum vir in religione proficere, ac postea Pontifice dispensante in eo voto, vxorem aliam ducat priori adhuc superstiti. Octauo, nam si ratio boni communis suader Pontifici inesse hanc facultatem. Ex eadem boni communis ratione potest duci argumentum, ad probandum inesse quoque potestatem dispensandi in matrimonio consummato: aut vxorum pluralitate. Quod casus boni communis euenire posset, qui merito potere posset eam dispensationem. Vt si pax totius Regni penderet ex eo quod Rex à matrimonio semel consummato diuerteret, aliam vxorem ducens, vel in vtroque simul matrimonio permaneret. Nond, quia hominum indigentis, ac periculis prospiciendum est humanis medijs: nec res diuina ad id sunt transferenda. At

monachus est res quedam diuina. Non ergo Reipublice necessitatibus consulitur, eo ad vitam secularem translato. Et confirmatur, quod sit mortuus mundo. Quare nulla ratio ipsius habenda est, ad necessitates reipublice ciuiles, ac si naturaliter obijisset. Cum ea mors ciuilis sit. Tandem, quia D. Marthæus (vt refert Abdias Babylonius in eius vita) noluit dispensare, vt Iphigenia monialis nuberet cuidam Regi promittenti se, & suos Fidem suscepuros. Signum ergo est, eum non potuisse. Nulla enim communis boni ratio vrgentior occurrere posset ad dispensandum. Et ideo huius sententia sunt. D. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 11. Albertus Magnus. 2. distinct. 38. art. 16. & 18. Et dicit communem, nec improbat. D. Bonauent. 4. distinct. 38. art. 2. quæst. 1. & statim. quæst. 3. dicit vtramuis sententiam posse sustineri. Eandem sequuntur Altifidorensis lib. 5. summa, tractatu 28. cap. 1. quæst. 2. Abulensis cap. 50. Numer. tota quæst. 109. Capreolus. 4. distinct. 33. quæst. vnica, art. 3. immediate ante solutionem ad primum Aureoli. Deza eadem dist. quæst. vnica, art. 3. notabilis 3. & 5. Almain tractatu de potestate Papa cap. 15. Audomaris lib. 2. monasticarum constitutionum. cap. penultimo. Sotus lib. 7. de iustitia. quæst. 4. toto art. 2. & 4. distinct. 38. quæst. 2. art. 2. conclus. 2. Turrianus lib. 2. de votis monasticis, folio 37. columna 2. Viguerius lib. Institutionum cap. 5. 5. versic. 14. Bartholomæus à Ledesma de matrimonio. dubio 33. sine. Ludouicus Lopez 1. part. instruct. cap. 49. paulo post principium: & 2. part. vbi de matrimonio. cap. 48. columna 8. versic. igitur pro expeditione. Aragon. 2. 2. quæst. 88. artic. 11. columna 9. versic. propter hæc argumenta. Llamas methodo curationis. 3. part. c. 4. §. 41. Et ait esse probabilem, neutram definiens Manuel. 1. tomo summa, in 2. editione. cap. 224. fin. Et ex Iurisperitis, Glossa. cap. sunt quidam. verb. Apostoli. 25. q. 1. & dist. cap. cum ad monasterium. verb. abdicatio. Ioannes de Friburgo in summa confessorum. lib. 1. tit. 8. quæst. 70. Turcrem. cap. 1. 27. quæst. 1. art. 3. num. 7. in solutione ad 2. Syluester. verb. votum. 4. q. 5. Tabiena. verb. dispensatio. quæst. 7. Armilla. verb. dispensare. num. 12. Mandosius de signatura gratie. verb. voti comutatio, col. penult. versic. verum opinio negatiua. Et hæc sententia est probabilis.

Posterior sententia (cui tanquam longe

proba-

probabiliori adhaerere) tunc id posse Pontificem. Duceor, quod authoritati Pontificis sit de negandum sit, quod absque absurditate aliqua concedi ei valeat: quæ ad Ecclesie regimen expedire esse potest. Quippe credendum est Christum dominum suauiter omnia disponentem, sic Ecclesia consuluisset, ne in necessarijs communi eius bono desicere videretur. At hanc potestatem esse in Ecclesia, expedire in aliquo eueni manifestum est: vt si commune totius boni regnum id peteret, quod priuato religiosi anteferi ratio postulat. Et ex eius potestatis concessione, nil absurdum sequitur. Nec id rationi naturali repugnat. Ergo ea potestas est Pontifici concedenda. Probatur autem nullatenus repugnare. Quia ex quadruplici capite posset consurgere hæc repugnantia. Primo ex ratione promissionis iure diuino naturali obligantis. Secundo ex ratione materiam, quæ est continentia, nec aliquo bono compensari potest. Tertio ex ratione solemnitas adiuncta, siue in benedictione quadam, siue in traditione consistat. Quarto ratione essentia: status religiosi, quæ in his votis sita est. Primo ergo probatur non repugnare ob primam rationem: nec ob secundam. Quod certum sit Pontifici potestas ad dispensandum in simplici castitatis voto, in quo tamen est eiusdem iuris diuini naturalis obligatio: ac eadem profus continentia materia. Adde ipsismet. D. Thomam 2. 2. quæst. 88. art. 11. afferere dari manus bonum continentia. Quippe constat bonum contemplationis, martyrij, religionis, maior esse. Vnde Ecclesiastici 26. solis bonis externis antefereatur continentia: vt recte tradit ex D. Augullino, D. Thom. eodem art. 11. ad 4. Deinde, quia licet bonum vnius, vel alterius non præponderaret continentia bono religiosi. At commune totius regni bonum tanquam præponderans, illi antefereendum esse, nolus sane mentis dubitabit. Probatur non ob stare tertiam solemnitatis rationem. Quia esto semel consecraturum nequeat consecrationem amittere: ratio ita benedictio monacho imperita non possit auferri. At voti solemnitas non consistit in benedictione aliqua, sed hæc omnino extrinseca, & per accidens est. (vt probaui lib. precedenti, disputat. 25. num. 1.) Præterea, esto solemnitas in ea consisteret: ac vt re dicit Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 11. col. 2. versic. verum quia illa benedictio non efficit religiosum esse quid sacrum

ex natura rei ad continentiam destinatum. Cum nec characterem, nec qualitatem aliquam spirituales imprimat: nec etiam peculiariter ex aliquo statuto Dei, aut Ecclesie destinet eum ad continentie opera. Sicut corporalia destinantur ad altaris ministerium. Tale enim statutum nullibi reperitur. Sed est quedam benedictio, qua diuinum nomē inuocatur, vt religioso operam ferat. Sicut est benedictio nauis, mensæ, fructuum: quas comperitum est non reddere res benedictas inhabiles ad communes vsus, & profanos. Deinde dato eam benedictionem efficere religiosum rem sacram dicatam Deo ad continentiam, at res sacras quantum talis definire esse nequeat, nec passim, ac in differenter alijs vibus deputari valeat: potest tamen necessitate vrgente ad vsus profanos conuerti. Sicut licitum esset vsus calicis sacri ad bibendum, perituro alijs præstiti: (vt optime ait Durand. 4. distinct. 38. quæst. 2. num. 7.) Sicut i. Regum 21. David ac eius socij fame oppressi vsu licite panibus Propositionis: Nec similiter traditio, in qua verè solemnitas voti consistit, huic dispensationi obstat. Quia iuri communi aduersatur rem vni traditam, nulla communis boni ratione vrgente, ei auferri: id quæ contra ius omne naturale est. Secus ea vrgente. Vt constat in præscriptione, in qua gratia communis boni ad euitandas lites, auferunt dominium rei in vtroque foro à vero domino, ac transferuntur in præsentem. Deinde, quia domino ipso volente, iniustitia vacat dominij illa in alium translatio: At iure optimo credendum est; Deum etius dominio per votum est traditus religiosus, iure dominij cedere, vt religiosus ob commune Ecclesie bonum, summo eius Vicario dispensante, matrimonium ineat. Tandem probatur non ob stare essentiam status religiosi. Quia quantumvis sit de essentia religiosi, dum talis manet, quales religiosi tenent esse manentes in obseruantia vitæ communis, ac regularis: ac proinde nulla Pontificis autoritate fieri valeat, vt sic manens non asstringatur continentia voto. At potest Pontifex ex monacho non monachum efficere, non destructo subiecto humano, super quo illa religiosi essentia in tribus votis consistens fundatur: sed destructa illa votorum essentia per dispensationem in illis concessam. Sicut manente calicis materia argentea potest tolli consecratio, destructa sola artificiali calicis forma.

Secundo principaliter probatur hæc sententia. Quia voluntas hominis quatenus potest, & ad commune reipublice bonum ordinari, subordinetur capiti in ijs, quæ ad bonum commune politicum spectant. Ergo in volutate illa religioni se vinculo voti attingens includitur tacita cõditio, nisi caput communis, quod est Pontifex ratione communis boni relaxet prædictam obligationem. Hæc enim ratione conceditur potestas dispensandi in votis simplicibus. Et confirmatur, quia si expediens fuit ob bonum domestica, & æconomica gubernationis, vt pater, ac vir possent irritare filiorum, ac vxoris vota; & pro religionis bono, vt id posset prælatus erga religiosorum vota. Cur neganda erit Pontifici potestas dispensandi, ob commune Ecclesie bonum id petens? Sed dices argumentum hæc potestatem quoque ad libitum irritandi concludere. Qualis est in parte, viro, ac religionis prælati: eo vel maxime quod Pontifex potestatem dominatiua in religiosos, ac supremos eorum prælatus gaudeat, iuxta omnes; qua ratione potest cetera eorum vota ad libitum irritare. Sed dic eam potestatem non concludi. Quod Pontifex non assequatur potestatem dominatiua voluntatis religiosorum, nisi quatenus illi per tria substantialia religionis vota subiunguntur: vnde ea vota irritare nequit; sed sola cetera emissa post translatum suæ voluntatis dominium per hæc tria vota in Pontificem. Sed in hæc tria vota habebit iurisdictione spirituales tanquam supremum Ecclesie caput, vt ea per dispensationem relaxare possit, quoties commune Ecclesie bonum id postulaerit. Sicut nec prælatus religionis potest tanquam dominus voluntatis religionis irritare votum professi transcendi ad arctiorem religionem. Quia per votum illius impletionem eximi debet à dominatiua prælati potestate. At potest tanquam prælatus ex causa iusta in eo dispensare. Vltimo, quia in dubio pro Pontificis gestis præsumendum est, vt potest, qui in Ecclesie gubernatione peculiariter à spiritu sancto ducitur. At constat ex varijs historijs, (vt referunt Caiet. & alij multi ex Doctoribus allegandis) Pontificem varijs vicibus dispesuisse in hoc voto. Cum ergo res sit dubia, censendam est Pontificem posse. Et ideo huius sententia sunt ex Theologis. D. Thomas. 4. dist. 28. q. 1. art. 4. quæstioncula 1. ad 3. & ibi Durand. q. 2. nu. 8. Ricard. art. 9. q. 1. Palud. q. 4. art. 4. concl. 11. nu. 49. Maiores

q. 14. Supplementum Gabriel. q. 1. art. 5. dubio penult. Mayronis. q. vnica. fine. Nicol. de Orbellis. q. 1. §. 29. & 30. Rubion. q. 1. art. 1. Gandauo quodlib. 5. q. 28. fine. Henricus quodlibet 1. 1. q. 25. Pelagius de plâctu Ecclesie, lib. 1. art. 46. litera C. Gerson 3. p. vbi de consilijs Euangelicis, & statu perfectionis, alphabeto 67. litera T. & 1. p. in regulis moralibus, tractatu de matrimonio. alphabeto 25. litera L. idem Palud. 4. dist. 30. q. 2. art. 1. conclus. 4. nu. 8. D. Antonin. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. & 3. p. tit. 1. cap. 15. §. 3. Caiet. 2. 2. q. 88. toto art. 11. & in opusculis, tomo 1. tit. 27. de dispensatione matrimonij in Occidentalibus Ecclesijs. q. vnica. versic. videtur autem mihi, ad finem. Petrus de Soto lectione 5. de matrimonio. fine. Catharinus lib. 6. in Caiet. agitans quæstionem, an Papa in hoc voto professi dispensare possit. Ledesma 2. p. 4. q. 69. art. 7. paulo ante. versic. nota tamen. Corduba in quæstionario, lib. 1. q. 24. opinione 2. Pafarellus in priuilegijs minimorum, post. c. 43. tit. de proprietate. Borrillong. 4. d. 38. q. vnica, art. 3. difficultate 1. & ibi. Quandus. q. vnica, ad finem. Palacios disp. 3. quadruplici columna, ante finem. Celai. q. 3. de impedimentis 1. p. vbi de matrimonio. q. 11. de imperio et ordinis, art. 3. difficultate 3. & 2. p. tractatu de voto, q. vnica, art. 8. difficultate 2. Stronica. q. 6. de voto. nu. 104. & latissime Metina lib. 5. de sacrorum hominum consuetudine. c. 21. & multis seqq. Toledo lib. 4. summa. c. 18. nu. 5. Henriquez lib. 12. de matrimonio. c. 5. nu. 7. Valentia. 2. 2. disput. 6. q. 6. puncto 7. col. 3. Azor lib. 12. institutionum moralium. c. 7. q. 1. Emmanuel Sa summa. verb. votum, vbi de voti irritatione, & dispensatione. nu. 13. Nauarra lib. 3. de restitutione. c. 1. p. 3. dubio 1. in noua editione. nu. 166. versic. ex his colligitur. Grassus 1. p. decisionum, lib. 2. c. 31. nu. 22. Vidualus c. de labro Sacram. p. 1. vbi de matrim. n. 143. fine. Manuel 1. tomo summa. 2. editione. c. 141. nu. 14. & quæst. regulatibus. 1. tomo, quæst. 25. art. 2. & tomo 3. quæst. 1. artic. 5. Petrus de Ledesma de matrimonio. quæst. 61. art. 2. in solutione ad 4. & ex Iurisperitis, Ioann. Andra. regula semel Deo dicatum; in fine; de regul. iuris. in 6. & cap. cum ad monasterium. num. vltimo. de statu monach. & ibi Innocent. num. 1. & 4. Hostiens. num. 30. & seqq. Anton. nu. 28. Abb. nu. 21. Cardin. nu. vltimo. Anchar. nu. 24. Henric. nu. 9. & 10. idem Hostiens. summa tit. de voto. §. qualiter & cuius nu.

12. & cap. 1. num. 4. de voto, & ibi Abb. num. penultimo. Archid. cap. sunt quidam 25. quæst. 1. num. 5. Idem Auchar. cap. voto num. 2. notabili 3. de voto, in 6. & cap. turfus num. 4. qui cleric. vel vob. vbi Cardin. num. 2. quæst. 1. Præpos. num. 4. & 7. Alex. de Nêuo num. 12. Henricus num. 6. Baldus. l. si tibi, in fine. ff. de adoptione. Idem Anchar. elem. abusionibus num. 8. ad medietatem, de penit. & remis. Dominicus cap. de illo, ad finem. d. 32. Imola cap. Deus qui num. 3. de vita, & honest. cler. & elem. vnica num. 16. fine. de conanguin. Idem Præpos. cap. sicut ex literis num. 11. de sponfal. Felinus cap. si quando num. 5. de rescript. Decius cap. que in Ecclesijs; in noua editione num. 46. de constitut. & consil. 112. num. 1. volum. 4. Iason. l. si arrogator num. 5. ff. de adoptione. & l. vltima num. 2. C. de transact. Bartholom. Socinus consil. 92. num. 2. volum. 1. Milis in suo repertorio, litera D. nu. 13. verb. dispensatio vers. dispensare an possit Papa. Añensis lib. 1. summa tit. 20. art. 1. quæst. vnica. Nata consil. 33. nu. 24. Ripa cap. cum M. num. 76. de constitut. Rubens consil. 147. num. 8. Tiraquel. de penitente imperandis, in præfatione nu. 46. & de nobilitate. c. 16. n. 186. Gozadinus consil. 5. inu. 16. Sigismundus consil. 50. num. 64. & sequentibus. Parisius consil. 68. n. 148. & nu. 205. vol. 4. Mantua consil. 12. 1. parit post principium, lib. 1. Porcius consil. 154. num. 15. Eneas de Fabio addit. Abbate cap. eum olim, verb. matrimonium, de cleric. coniug. Brunellus de sponfal. conclus. 20. nu. 24. Ioannes à Capistrano tractatu de quodam matrimonio §. circa primum, quæst. 1. num. 25. Alexander Carerius lib. 3. de Sponfalibus cap. 8. Rebuffus praxi benef. regula de dispensatione in gradibus prohibitis, glossa 5. nu. 10. Turrec. cap. de illo clerico num. 3. & sequentibus. d. 32. Bermondus de publicis concubinarijs, super §. statuiimus nu. 22. Guilhelmus Benedictus cap. Raynuntius verb. duas habens filias num. 138. & verb. qui cum alia num. 27. de testam. Raynerius summa tit. de voto, in cap. 9. Rosella verb. Papa num. 4. Angelus verb. votum 4. num. 9. & verb. matrimonium 2. impedimento 8. inu. 21. Staphileus de literis gratiarum, tit. de varijs modis vacationis, in 6. modo num. 12. Carolus de Grassis in regali-bus Francie, lib. 1. d. 17. vers. sextò facit, & iure suo. Rex non potest. Loszes de matrimonio Regis Anglie, dubio 2. in fun-

damento 2. pro parte affirmanti nu. 9. G. bara de officio legati de latere, lib. 2. à nu. 253. & lib. 8. in rubrica de officio legati in regulatis, à num. 84. Nauar. summa cap. 12. num. 75. fine. & apologia ad lib. de redditibus. q. 1. monito 55. num. 10. & cap. quando, latine cap. 7. num. 20. de consecr. d. 1. & lib. 3. consil. tit. de conuers. coniugat. in 1. editione, consil. 1. num. 3. in 2. consil. 2. num. 7. Et in 1. editione, lib. 4. tit. de Sponfal. consil. 4. num. 8. consil. 1. num. 11. in 2. consil. 12. nu. 8. & lib. 1. tit. de his, quæ vi. consil. 3. num. 6. & lib. 3. tit. de voto, consil. 38. num. 9. Couar. cap. 2. num. 10. & 11. de testam. Gregor. Lopez. 1. 4. verb. castidad tit. 8. par. 1. Antonius Gomez. 1. 40. Tauri. n. 66. Villalobos in antinomia iuris, litera P. num. 34. Mantica de consecratis vltimæ voluntatis, lib. 1. tit. 9. nu. 29. Bofcus rubrica de constitut. nu. 87. Riminaldus cap. que in Ecclesijs num. 151. & sequentibus de constitut. Mandosius in addit. ad Lapum, à legatione 130. pro dubij propositi verb. cum ad monasterium. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maioris tit. 3. num. 120. 121. Minchaca de successio num. creatione, lib. 3. §. 3. num. 303. Padilla chubentus num. 4. C. de transact. Gaeta c. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 12. §. 9. num. 553. Menochius de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. num. 35. Et de arbitarijs, lib. 2. centuria 5. casu 421. num. 10. Mozzius de contractibus rit. de matrim. §. finali num. 12. Borgisus de irregul. par. 6. tit. de Sponfalibus, & matrim. num. 9. & num. 64. in 7. ratione & tit. de voto num. 116. & num. vltimo. Mantica 20. lib. 5. Recopil. tit. 7. 1. 1. glossa 11. num. 20. Magdalenus de numero testium, 3. par. cap. 3. num. 213. Gutierrez. 4. canon. lib. 1. cap. 17. nu. 5. Hugolinus de Sacram. vbi de matrim. cap. 19. num. 5. fine. Spino speculo testam. glossa 2. principali nu. 26. & glof. 12. num. 7. alter Antonius Gomez in expositione Cruciate, clausula 10. à nu. 105. Brunorus in suo compendio, litera P. verb. Papa dispensare cum monacho.

Sed rogabis, an ad hanc dispensationem causa publica desideret? Ricardus 4. d. 38. art. 9. quæst. 1. corpore, & ad 5. ait non desiderari, sed satis esse bonum priuatum ipsius vouentis, vt vitationem probabilissimæ voti transgressionis. Cui fauet doctrina Caietani nu. 2. allegata, idè de voto solemnium clericorum dicitur. Ceterum meritissimè doctriam hanc reprobandam tiquam fallam, Metina lib. 5. de sacrorum hominum

continentia cap. 37. ad finem. Valeria 2. 2. disput. 6. quaest. 6. puncto 7. columna 9. vers. responde hoc argumentum: Angles floribus. par. vbi de matrim. quaest. 11. de impedimento Ordinis. art. 3. dubio ultimo, dicentes desiderari vixentissimam boni communis causam. Quod idem à fortiori tenet Catharinus num. 2. allegatus, cum id in solemni clericorum voto asserat. Et idem aperte tenent omnes doctores num. praecedenti allegati, omnes enim huius dispensationis causam legitimam exprimentes adducunt exempla boni valde communis, vt pacis totius Regni, eiusve ad fidem conuersionis. Atq; ratio ipsa id suadet. Quia dispensatio hęc nequit fieri absq; alio quo status religiosi detrimento. At rationi valde distans spectari privati boni, postposito totius status religiosi detrimento. Secundo, quia alias frequenter dispensationes hęc indulgenda forent. Cum frequentissime ipsius professi bonum privatū occurrat, ob quod concedenda illi dispensationis iusta causa existeret. Quod quā labefactaret religiosum statum, quis non videret? Tertio, quia frequentius religiosi tentationibus vexarentur, (pe obtinenda dispensationis ad statum religiosum deserendum. Tandem probari potest ratione num. 2. adducta ad probandum idem de voto clericorum.

9. Insuper quidam alunt integrū esse Pontifici dispensare vt matrimonium monachi ad rēpus daret, nempe, donec habeat prolem, & statim ad religionē redeat. In hanc partem videtur propendere Ioann. Andr. regula, & ius legitimi, de regulis iuris, in 6. vbi refert se questionem disputasse, atq; remittit ad Pontificem questionem dissoluendam, subdens si dispensaret, multos censere validam fore dispensationem. Et tenent hanc partem Præpos. cap. sicut ex literis num. 11. de sponsal. Baldus. l. si tibi filius, in fine. ff. de adopt. & ibi Fulgofius. Iason licet sub aliquo dubio J. si arrogator. n. 4. ff. de adoptione. Loazes de matrim. Regis Anglię, dubio 2. in 2. fundamento partis affirmantis num. 14. Antonius Cucus lib. 3. institutionum maiorum tit. 1. num. 120. & lib. 5. tit. 12. num. 283. Borgasius de irregul. par. 3. tit. in quibus casibus non potest dispensari num. 17. Brunorus in suo compendio. litera P. verb. Papa dispensare cum monacho. Ceterum hoc lōge à veritate alienum est. Et ita illud improbat Abbas cap. ex publico numer. 11. de

conuers. coniugat. Tabiena verb. dispensatio q. 6. Quia perpetuū esse vinculum, est de matrimonij essentia. Item quia si ita dispenset, vt teneatur vxor manēte matrimonij vinculo indissolubili, cōsentire vt habita prole professus ad religionem redeat, est conditio matrimonij substantia contraria. (vt probauit lib. 5. disput. 10. nu. 6.) At huiusmodi condiciones iure naturali reddunt irritum matrimonium (vt probat eodem lib. 5. disput. 9. num. 4.) At potest Pontifex ita cum monacho dispensare ad matrimonium, vt si habita prole vxor liberē censentia, vel causam diuortij perpetuam dederit per fornicationem, teneatur ad religionem redire. Quia hoc non est contra matrimonij substantiam: cum quilibet coniux proptio spontaneo voto possit se ad hoc obligare.

Sed superest disputandum, an dispensatio Pontificia in voto solemni professi absq; causa concessa sit valida: ac proinde matrimonium illius professi sit firmum; ac liceat illi petere, & reddere? Quidam censent si femina bona fide illi nubat, credens dispensationem legitimam, fore validum matrimonium, ne Principis auctoritate decipiatur, ac damnū sentiat. Sic docent Innoc. cap. cum ad monasterium nu. 2. de statu monach. & ibi Hostien. num. 3. Anton. num. 28. Ioan. Andr. num. ultimo, Abb. num. 2. Anchar. num. 24. Sigismundus consil. 50. num. 48. & ex theologis, Paludanus 4. d. 38. q. 4. art. 4. concl. 3. nu. 40. Pelagius de Plensu Ecclesię, lib. 3. art. 46. litera G. Addunt omnes hi monachum illegitimam dispensationis concessū non posse petere, tēneri tamē reddere: Verū doctrina hęc mihi displicet, quatenus ait matrimonium illud fore legitimū ratione bonę fidei contrahentium: Quod bona fides à culpa eximat, non tamen reddat dispensationem validam. Et cum dispensatio hęc sit in iure naturali dirimente matrimonium impedimento, erit irrita concessa absq; causa: ac subinde matrimonium erit irritum. Potest tamen doctrina hęc valde probabiliter sustineri, innitendo alij fundamento: nimirum, quia valde probabile est, impedimentum hoc iure solo humano dirimere (vt ex multis retulimus lib. praecedenti, disp. 26.) ac proinde siue bona, siue mala fide impetrata sit dispensatio Pontificia absq; causa concessa, valida erit, ac proinde valebit matrimonium. At hic cum quo sic dispensatum est, non poterit petere

debitum,

debitum, tenebitur tamen reddere (vt bene aiunt prædicti auctores.) Quia votum illud iure diuino naturali impedit matrimonium: & obligat eo contracto ad abstinendum à debiti petitione. Quare ea dispensatio in hoc voto fuit irrita. Et idē lethaliter cōtra hoc votum deliquit contrahens. At vbi iam contraxit, adest iustissima dispensandi causa cum hoc, vel cum eo, qui simili iniqua dispensatione nixus, post ordinem sacrum contraxit, vt petat debitum: propter præstanteum incontinentiæ periculum. Quam dispensationem solus Papa concedit. Quanus disp. 13. ob cōsuetudinem dicemus posse Episcopum in voto simplici castitatis. Quare tamen non est in his solemnitibus. At si vigeret periculum in mora aduendi Pontificis, credo quoq; posse Episcopum: ob ea, quę dicemus disp. sequenti num. 22.

11. Tādē meritō dubitari potest, an professus hic cum quo dispensatū est ad nuptias, teneatur ad officium diuinum recipientū. Nauar. cap. quando, latine cap. 7. num. 20. affirmat eum non teneri ad officium diuinum, si concederetur sibi facultas ducendę vxoris, ita vt desineret esse religiosus. Quia per solam talem facultatem non desinit esse. At Manuel. 1. tomo summa, in 2. editione cap. 141. num. 14. asserit eum teneri ad horas, antequam ad nuptias transeat: secus vbi iam transiit. Ducitur, quod ante eum transitum non desierit esse religiosus: cum nondum statum incompatibilem assumpserit, per quem status religiosus destruitur. Et huius signum est, quia si mutato proposito noller vti dispensatione, maneret vtiq; religiosus absq; nouo alio actu, nec illi permitteretur in seculo diu permanere, coniugium differendo. Ergo aliter erat donec ad nuptias transeat. Verū existimo ab eo tempore, quo hic habitum monachalem exiit, induens vestes seculares vt dispensatione vtens, matrimonij inerat, eum liberari à recitandi obligatione: sicut & à ceteris monasticę vitę oneribus. Quia cum iam sit iuste extra monasterium, ac monasticam vitam, ab eius oneribus eximitur. Sicut & de cetero à religione fatentur Doctores. Nec est verum quod ait Nauar. per eam dispensationem non desinere hunc esse religiosum. Nam contrarium dicemus num. sequenti, in solutione ad 1. Quia per dispensationem extinguitur essentia status religiosi in his tribus votis consistens. Nec hic cogetur

ad religionem redire, quasi per dispensationem non fuerit vere absolutus à votis, & consequenter à religioso statu. Sed quia cessat omnino dispensationis causa. Et dispensatio tacitam habet conditionem, vt duret, quamdiu causa durauerit (vt dicemus disp. 30. num. 14.) Quare hinc infero, Sacerdotem cum quo dispensatum est, vt matrimonium inerat, teneri ad officium diuinum: dum habitum non mutat ad vtenam dispensationem. Quod nondum à statu Sacerdotali recesserit, & potest interim celebrare, ac beneficij fructibus frui, ac ceteris clericorum priuilegijs. Secus autem vbi clericatum deserit, habitum secularem induens, vt vtens dispensatione ad nuptias transeat. Quod iam traslatus sit ad statum secularem, solo in delectabili charactere manente: nec gaudeat priuilegijs clericorum. Quare similiter debet manere ab oneribus exemptus sacerdotio annexis. Nec est simile de degradato, quem omnes fatentur clericalibus priuilegijs destitui, & tamen ad pensum horarium alstringi. Quia hic ob suam culpam priuilegia amittit, & idē ne ex eacommodum repositit, tenetur ad onera.

12. Ad argumenta num. 6. proposita respondetur. Ad 1. desumptum ex cap. cum ad monasterium, respondent Innoc. ibi num. 4. Hostien. num. 31. Cardin. nu. ultimo, Durandus, & Pelagius relati num. 7. consulto textum, dicere, non posse Papam dare licentiā, & non loqui de dispensatione, quasi intelligat non posse ad libitum, & absq; causa iusta. Sed meritō hanc solutionem improbat ibi Abbas in fine. Quia licentia eum à verbo, liceat, deriuatur, importat facultatem rationi consentaneam. Vt cum Bartolo. l. alio num. 8. ff. de alim. & cibarij. legat. & multis alijs citatis tradunt Menochius de arbit. lib. 1. quaest. 8. numer. 45. Alex. de Neuo cap. 1. num. 1106. de constitut. Idē respondet ibi Abbas intelligi textum, non ex facili causa Pontificem dispensare posse: vel non posse non commutando in aliud bonum magis Deo acceptum. Sed neq; hæc solutio mihi placet. Quare legitima solutio est, non posse dispensare vt monachus quamdiu manet monachus ducat vxorem. Quod id sit contra monastici status essentiam. At potest dispensare, efficiendo de monacho non monachum, eo modo, quem explicui num. 7. in prima ratione. Et idē hanc solutionem tradunt Bartholom. Socinus, Ricardus, Durandus,

Paluda.

Paludanus, Caietanus, Palacios, Azor, Valentia eod. num. 7. allegati. Vel secundo eorum responso, ubi à Pontifice redargui abbacem monasterij, quod sibi integrum esse exultimaret dispensare cum monacho ad proprietatem retinendam. Atque vsus est Pontifex exaggeratione quadam hyperbolica, inuolvens argumentum ductum quasi à maiori ad minus: ac si dicat, vix mihi potestas est dispensandi, atque de ea magnopere controuertitur. Qua ergo ratione eam tibi vsurpas? Ad secundum constat ex dictis num. 7. ubi ostendimus monachum non fieri talem per spiritualem benedictionem: & posse Pontificem efficere de monacho non monachum: & posse fieri ex calice consecraro non consecratum, destruendo formam, manere tamē materia. Ad confirm. negadū est, si vniuersaliter accipitur, illud antecedens. Quippe solum est verum, ubi charater indelebilis imprimitur, vt in sacerdotio, Christianismo. At religiofus non constituitur talis per charactērem. Ad tertium negatur antecedens, quando vigeret necessitas. (vt num. 7. probau.) Et illud Levitici fuit ceremonialē, quod morte Christi extinctum est. Ad quartum constat ex dictis num. 7. ubi eum locum explicuimus, probātes maius bonum dari posse. Ad quintum constat ex dictis eodem num. 7. ubi ostendimus gratia communis boni posse rem traditam auferri. Ad sextum dic posse Pontificem dispensare in iure naturali pendēte ab obligatione, quam homo propria sibi voluntate imposuit. vt diximus disputat. 6. num.

2. Ad septimum neganda est sequela. Quia per professionem dissolutum est prius matrimonium: & ita potest obtenta voti dispensatione quicunque ducere. Quod prior deseruit omnino esse vxor. Sicut ob eandem rationem id ei liceret, si naturaliter moriens resurgeret priori vxore ad huc superstitē. Ad octauum neganda est similitudo. Quippe constat iure diuino nulla ratione posse matrimonium consummatum dissolui: ob significationem indissolubilis vniōnis Verbi diuini cum natura humana (vt diximus lib. 2. disputat. 13. num. 2. & 7.) nec posse in vxorum pluralitate dispensare, ob peculiarem rationem (vt diximus libro precedenti, disputat. 80. num. 9.) At in hac dispensatione non reperitur specialis prohibitio. Ad nonum dic maiorem non semper esse veram. Quippe calix consecratus in extremo sitis periculo deseruire potest. (vt num. 7. probauimus.) Præterea potest intelligi, dum res illa sacra manet. Nam calices tempore famis sæpe confringuntur, ac disinuit esse facti, atque in pauperum vsus conuertuntur. At religiofus per hanc dispensationem desinit esse talis. Ad confirm. dic eam mortem esse metaphoricam: & ita posse vsibus humanis deservire. Ad vltimum dic cum Caiet. 22. quæst. 88. art. 11. verfic. verum quia hoc non inuenio, in fine, id contigisse, quia non expediebat initio nascens Ecclesie religionem Christianam propagari, relaxatis ijs, quæ ad eandem valde pertinent: & tam apparenti eiusdem religionis defectu.

## DISPUTATIO NONA.

An in votis absolutis castitatis, & religionis, non nubendi, quæ matrimonium impediunt, possit aliquando Episcopus dispensare?

## SUMMARIUM.

**A**n iure referentur aliqua vota, & incidat excommunicationem dispensans in illis: Explicaturque extraneitas, & si dominici, de penit. & remis. num. 1.  
An sub concessione generali, aut aliqua reservatione excepto claudantur vota religionis, & castitatis, & reservata? num. 2.  
An seclusa reservatione possit Episcopus dispensare in omnibus? num. 3.  
Quid, si emittantur à personis alteri subiectis,

an possit Episcopus dispensare? numer. 4.  
An hæc dispensandi reservatio, sit odiosa, ac refrigeranda? num. 5.  
An possit Episcopus dispensare in voto castitatis temporalis? num. 6.  
Quid de voto castitatis coniugali? num. 7.  
Quid de voto non petendi debiti: aut si vterque coniug. mutuo consensu vouisset, nec petere, nec reddere, nec fornicari? num. 8.  
Quid de voto virginis seruanda? num. 9.

Quid

Quid de voto non inuendi matrimonij? Referatur opinio. num. 10.

Propositor sententia autoris. num. 11.

Quid, si id votum esset factum in fauorem tertij: & an ille possit id votum, iuramentum ve remittere? num. 12.

Quid de voto assumendi ordinis sacri? num. 13.

Quid, ubi votum est diuini officij assumendi ordinis sacri, aut religionis, castitatis ve: etiam si voens hæc vltima elegerit? nu. 14.

Quid de voto assumendi habitum beatarum? num. 15.

Quid de voto ingrediendi ordinem militariū? num. 16.

Quid de voto religionis strictioris, ad ingrediendum laxiorem? num. 17.

At in hac dispensatione non reperitur tempore noticiatus egressi? num. 18.

Quid circa differendum ingressum religionis vltra tempus signatum? num. 19.

Quid de ijs, in qua Pontifex hæc vota reservata commutat? num. 20.

An si cui hæc vota commutata sunt, non impleuit commutationem, aut non habuit animum implendi, teneatur ad priora vota? & religiofus electus ad votum ante professionem emissum, & is cui votum commutatur, possit propria auctoritate ad votum redire? num. 21.

An in casu grauis necessitatis possit Episcopus dispensare in voto religionis, aut castitatis perpetuæ, & quis sit ille casus? num. 22.

Et quid de ceteris votis reservatis? num. 23.

An possit cum iuuenibus ex animi perturbatione venientibus castitate? Et explicatur cap. veniens, qui cler. vel vou. num. 24.

An liceat Episcopo vrgente necessitate dispensare in his votis, si adiri possit nūcius, vel alius potens dispensare? num. 25.

An hæc dispensatio Episcopi efficiat ne postea fornicatio sit sacrilega: aut eo matrimonio soluto liceat aliud inire? num. 26.

An possint aliquando parochi dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi, aut in vicarijs, aut in seclis? num. 27.

An peccet dispensans absolute in voto, non admiscens commutationem aliquam? num. 28.

Remittendum est, attento iure solam referuari Pontifici dispensationem, aut commutationem voti eundi in subsidium expeditionis Hierosolymitanæ. Vt constat ex cap. ex multa, de voto. At ex consuetudine referuantur votum religionis, & castitatis, cum alijs tribus, de quibus nil ad præsens. Hæc autem consuetudo colligitur ex om-

nibus priuilegijs concessis in bulla, vel iuribilibus circa vota, semper enim excipiuntur vota castitatis, & religionis. Et ex extraneitas, & si dominici, de penit. & remis. vbi Sixtus III. excommunicat dispensantes in his quinq; votis, aut ea commutantes virtute facultatum à se concessarum, vbi non referuat hæc vota, sed supponit ea referuata. Quippe ea referuatio non esset generalis, sed limitata ad facultates à se concessas. Quare eam excommunicationem non incurrerent, qui virtute aliorum priuilegiarum, aut facultatum dispensarent. Vt benè docent Angelus verb. excommunicatione 5. casu 31. Sylu. verb. excommunicatione 7. excommunicatione 32. nu. 77. Nauar. summa cap. 12. num. 75. Ludouic. Lopez 1. p. instruct. cap. 49. initio.

Et tãta vim habet referuatio hæc quoad vota castitatis, & religionis, vt nunquam censetur cõcessa, nisi exprimitur. Quod ab ipso nascens Ecclesie exordio referuatur. Sic Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. in fine corporis. Hérquez lib. 7. de indulgentijs, cap. 30. num. 6. in commento, littera A. Manuel. 2. tomo summa cap. 97. nu. 1. conclusionē 1. Qui benè addit secus de voto Hierosolymitanæ peregrinationis esse: comprehenditur enim in facultate generali circa vota. Atque idem dicendum de alijs referuatis. Quod nec tanti momenti eorum referuatio sit: nec tanto rigore accipiat. Imò nec in facultate generali ad omnia vota, excipiedo quoddam referuatum, vt Hierosolymitanum, includerentur vota castitatis, & religionis. Quin potius exceptio minoris voti testimoniu esset exceptionis maiorum. Vt benè tradit Sotus ibidem.

Hoc supposito prima conclusio sit. Seclusa reservatione integrum esset Episcopo dispensare in suis dicecibus in omnibus votis: sicut Pontifici in toto orbe. At ratione referuatis nequit dispensare in absolutis castitatis, religionis ve votis. Cõstat, quia sunt ordinarij in suis dicecibus, & possunt omnia illa circa dispensationes, quæ Pontifex in toto orbe: nisi referuatur (vt probau lib. 1. disp. 61. num. 3.) Et idem hanc conclusionem docet Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. colum. 4. vers. qui sunt autē, ab omnibus receptus.

Temperat hoc Gutierrez. q. canon lib. 3. cap. 22. nu. 49. nisi votum religionis, aut castitatis perpetuæ emissi sint à personis alterius potestati subiectis, vt à coniugata,

**P**ramittendum est, attento iure solam referuari Pontifici dispensationem, aut commutationem voti eundi in subsidium expeditionis Hierosolymitanæ. Vt constat ex cap. ex multa, de voto. At ex consuetudine referuantur votum religionis, & castitatis, cum alijs tribus, de quibus nil ad præsens. Hæc autem consuetudo colligitur ex om-

nibus priuilegijs concessis in bulla, vel iuribilibus circa vota, semper enim excipiuntur vota castitatis, & religionis. Et ex extraneitas, & si dominici, de penit. & remis. vbi Sixtus III. excommunicat dispensantes in his quinq; votis, aut ea commutantes virtute facultatum à se concessarum, vbi non referuat hæc vota, sed supponit ea referuata. Quippe ea referuatio non esset generalis, sed limitata ad facultates à se concessas. Quare eam excommunicationem non incurrerent, qui virtute aliorum priuilegiarum, aut facultatum dispensarent. Vt benè docent Angelus verb. excommunicatione 5. casu 31. Sylu. verb. excommunicatione 7. excommunicatione 32. nu. 77. Nauar. summa cap. 12. num. 75. Ludouic. Lopez 1. p. instruct. cap. 49. initio.

Et tãta vim habet referuatio hæc quoad vota castitatis, & religionis, vt nunquam censetur cõcessa, nisi exprimitur. Quod ab ipso nascens Ecclesie exordio referuatur. Sic Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. in fine corporis. Hérquez lib. 7. de indulgentijs, cap. 30. num. 6. in commento, littera A. Manuel. 2. tomo summa cap. 97. nu. 1. conclusionē 1. Qui benè addit secus de voto Hierosolymitanæ peregrinationis esse: comprehenditur enim in facultate generali circa vota. Atque idem dicendum de alijs referuatis. Quod nec tanti momenti eorum referuatio sit: nec tanto rigore accipiat. Imò nec in facultate generali ad omnia vota, excipiedo quoddam referuatum, vt Hierosolymitanum, includerentur vota castitatis, & religionis. Quin potius exceptio minoris voti testimoniu esset exceptionis maiorum. Vt benè tradit Sotus ibidem.

Hoc supposito prima conclusio sit. Seclusa reservatione integrum esset Episcopo dispensare in suis dicecibus in omnibus votis: sicut Pontifici in toto orbe. At ratione referuatis nequit dispensare in absolutis castitatis, religionis ve votis. Cõstat, quia sunt ordinarij in suis dicecibus, & possunt omnia illa circa dispensationes, quæ Pontifex in toto orbe: nisi referuatur (vt probau lib. 1. disp. 61. num. 3.) Et idem hanc conclusionem docet Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. colum. 4. vers. qui sunt autē, ab omnibus receptus.

Temperat hoc Gutierrez. q. canon lib. 3. cap. 22. nu. 49. nisi votum religionis, aut castitatis perpetuæ emissi sint à personis alterius potestati subiectis, vt à coniugata,

seruo,